Hic ponit exceptionem a regula predicta dicens: si hec lr̃a t vel x. vel f sit ante vr: tunc illud tale est generis masculini: dũ tñ sit gentile vt augur: nomen loci vel populi: aut auiũ speciale vt austur τ furfur Et nõ. q furfur aliqñ est purgamentũ farine: alio noie sũiq̃ Aliqñ est nomẽ auis τ ꝑ vtroq3 declinatur ꝑ hic sub mas. Tñ aliq̃ dicũt q eẽt neutꝝ Cõtra quẽ iuehit io. de gar. Furfura q dixit semp de furfure vixit

Hic aut hec turtur quod fertur piscis τ auis

Quasi d. q turtur põt variari ꝑ hic τ significat piscẽ: τ ꝑ hec τ tũc ſcat auẽ: vñ vꝰ. Turtur inheret aquis turtur secat aera pennis

Hic aut hoc furfur. tamen adiectiua notentur
Que sexu geminis iungunt sua significata
Jungere dicuntur hic τ hec fur ligur et augur
His datur hec norma que declinat tibi terna

Dicit qd hoc nomẽ furfur põt declinari ꝑ hic τ hoc vt supra Deinde dicit q adiectiua q̃ iungũt sua significata in gemino sexu id ẽ q̃ ꝑtinẽt ad mares τ mulieres debẽt notari q: sunt gẽñis cõis Et hoc magis declarat dicẽs: hec noia dñr iungere sibi hic τ hec. hoc est dñr generis cõis vt fur furis a theif. Ligur liguris est lombardus: τ augur diuinator Deinde dicit q hec norma datur de noibus tercie declinationis. Et hoc ꝑpt sal adiectiuũ Sciẽdũ q a. itelligit de adiect. ſcatõe τ nõ voce

as. hec

Hec dat nomen in as. facit hic as vas vadis et mas

Dicit q nõia ter. in as sunt ge. fei vt hec pietas Deinde ponit exceptõnẽ dicẽs Facit hic as id est qd as est gene. masculini Et vas vadis id est pignus τ mas maris a man

Nomen gentile cōmune vocatur vt archas
Dicit q̄ꝺ nomē gentile in as terminatū ē gn̄s cōis vt hic ꝛ hec archas nomen populi: nr̄as ꝛ vestras

Que sunt concisa velut alpinas socientur.
Dicit q̄ꝺ noīa ꝯcisa id est sincopata sociantur predictis q: sūt ge. cōis vt alpinas id est habitans in alpibus Et ē concisū seu sincopatū q: deberemus dicere hic ꝛ hec alpinatis ymmo dicimus alpinas

Omne tenet nugas nec declinabile credas
Dicit q̄ꝺ nugas id est loquax vel mēdosus est gn̄is oīs ꝛ indeclinabile

Hic abbas pone boreas primasqꝫ gigas
Dicit a. ꝙ abbas boreas primas gigas elephas sunt gn̄is masculini. Abbas est nomen dignitatis Boreas. boree prime est ventus septētrionalis Primas est ꝓpriū nomē etiā est magnus vir in magistratu positus Gigas vir mire magnitudīs Elephas aial mire robustū ꝛ magnū

Hoc phas atqꝫ nephas retinent. et dicitur hoc vas
Dicit ꝙ hec duo noīa inuariabilia scꝫ phas ꝛ nephas sunt gn̄is neutri. ꝛ etiam vas vasis

Es breuis hic ponit. seges teges hec sociabis
Dicit q̄ꝺ ter. in es breuem sunt gn̄is masculini vt hic limes limitis Seges id est semen: ꝛ teges id est domus rusticalis sociabit hec: id ē erit generis feminini: ꝛ sic patet exceptio

es breuis hic.

Et compes. triplicat pes cetera que tibi format
Preter apes vel apis. quoniam reperitur vtrumqꝫ
Dicit q̄ꝺ compes compedis est ge. fe. ꝛ est cathena vel vinculū Triplicat pes cetera que tibi format: id est ꝯposita a pes pedis sūt ge. omnis vt bipes bipedis: preter apes vel apis quod est gn̄is fei Et ꝯponitur ab a quod est sine ꝛ pes. per contrarium exponendo

Que duo dant signes miles equesqꝫ superstes
Diues ebes sospes prepes teres et comes hospes
Inquies antistes ales dic per tria deses.
Istorū multa legimus neutris sociata
Dicit a: q̄ꝺ illa nomina que sunt generis communis excipiuntur scilꝫ. Miles eques id est qui vadit in equo Superstes id est viuus Diues: ebes id est debilis. sospes id est sanus. Prepes id est ꝑpetuus: Aliqui dicunt ꝙ prepes est idem q̄ꝺ velox Teres id est longus ꝛ rotundus: Hic ꝛ hec comes id est socius Hospes est clarum Inquies id est sine quiete Antistes id est prelatus vel qui stat ante alios. Ales id est velox. Dic per tria deses: id est omnis generis ꝛ idem est q̄ꝺ piger Deinde dicit q̄ꝺ multa istorum nominum vt supra Reperiuntur in neutro genere vt diues monasterium.

es longa hec. Hec dabit es longe. Verres hic debet habere

Dicit q terminata in es longam sūt ge. fei vt heeres: τ hec sedes: Deiñ ponit exceptionē dicēs Verres debet hēe hic id est genus masculinum id est porcus non castrat⁹. ¶ Hic posset aliquis arguere contra alexādrū hoc mō: quero tibi grā disputandi Cui⁹ gñis sūt stipes limes Dico masculini Qua regula Dico Es breuis hic ponit Tūc q̄ro c⁹ gñis sunt sedes ꝓles Dico feminini Qua regula Dico Hec dabit es longe Tūc quero quō scis τ noscis stipes τ limes terminari in es breuez Et sedes atq ꝓles in es longam Dico a magistro meo qui ita me docuit Quomodo scit magister tuus Dico ꝑ regulas positas in tercia ꝑte de quātitate sillabarū Contra hoc arguitur insolubiliter Alexander hic de es breui τ longa mittit nos ad terciam ꝑtē Et versus tercie ꝑtis de es lōga τ breui iterū remittūt ad istos textus prime partis scʒ Mas aut cōe si fiat in in es breuiatā: ꝗ ꝯmittit circulū τ petit principiū Unde dicit in tercia ꝑte Obliquus crescens q̄ corripit ante supremā In recto: facit es curtam testis tibi miles Ecce quō iste textus remittit iterum ad hūc textū prime ꝑtis primi capituli Mas aut cōe si fiat in es breuiatā τc̄ Itē dicit hic Is itis ꝓducta dabit Uis scire q̄ hñt is ꝓductā vade ad terciā ꝑtē ibi habebis Protrahit is rectus si ꝑtrahit i. gtūs Crescens vt sanus τc̄. Ecce remittit de t̄cia iterū ad primā Jō hec metra de es τ de is merito venirent emendanda

Hic dabit hec de dies. dant I tantūmodo plures
Cumqʒ meri dabit hic. et patronomica iunges

Dicit q hoc nomē dies est generis incerti in singulari numero τ ī plurali masculini: vt ntō hic vel hec dies: pluraliter ntō hi dies Etiam si ꝯponatur cū meri est generis mas. vt hic meridies Et tu iunges etiā. patronomica ī es terminata que sunt ge mas. vt hic priamides id est filius vel nepos priami.

Es quoqʒ cōmune seu sunt heres locuplesqʒ.

Dicit a. qd nomen in es ter. est etiā cōe id est gñis cōis/seu ꝓ sicut ista duo videlʒ hic τ hec heres heredis id est successoꝛ legittimus in bonis hic τ hec locuples locupletis id est diues.

Cum tenet i rectus sup es. et t genitiuus
Suscipit. hic iungis paries fiet tibi testis

Dicit q nomē in es terminatū I p̄cedente τ suscipiens hanc lrām t in gtō est ge. masculini vt paries parietis est facies muri.

Hec dicenda quies. hic pes et dicitur hoc es

Dicit q quies est gñis fei/ τ est exceptio ab illa exceptione Cū tenet. I rctūs Deiñ dicit qd pes ē gñis mas. τ es eris est gñis neutri

is dec. Hec dat nomen in is. tamen hic declino molaris
Caulis et edilis. et que crescunt genitiuis

y is preposita tenet hic. Aut consona bina
Unica dum teneat has. Aut n littera siue
In liquidam faciet penultima sillaba finem
Ut sapis ac apis piscis cinis unguis et orbis

Dicit qd nomen in is terminatū dabit hec id est gen⁹ femininū vt hec nauis Deinde ponit exceptionē dicens Tñ hic declino molaris M.d.q molaris est ge. masculini ⁊ idē ē qd dens grossus: ⁊ etiā caulis ⁊ edilis q sūt gñis mas. Et illa q crescunt in genitiuis vt lapis lapidis. Deinde dicit q illa que hñt x ante is vt axis polus rotarum/⁊ illa q hñt duas cōsonantes añ is ita q sint in vna sillaba vt piscis Et illa q hñt n lram añ is vt panis/ illa quoꝝ penultima sillaba terminat in liquidam vt orbis. ⁊ vnguis q noīa sunt ge. mas. Itē caulis ē quoddā ol⁹ Edilis est nomē dignitatis vel custos edis Orbis est mundus Unguis est vngula in digitis vel pedibus

Hec febris pestis neptis uallisqz bipennis
Et cassis iaspis lactis restis et aspis
Et pellis turris uestis peluis quoqz cuspis
Gsis glissis glitis. et patronomica iungis

Autor facit exceptionē ab exceptione pcedēti dicēs q noīa in lra posita licz ꝯprehendi pñt multiplr in exceptione pdicta non sunt gñis mas. ymmo fei/vt hec febris pestis neptis lactis Restis vestis ⁊ cuspis que hñt duas ꝯsonantes ante is in eadem sillaba vt hec vallis bipennis securis scindens ab vtroqz latere Pellis turris peluis quoꝝ penultima termiatur i liquidā/ Hec cassis licet crescat in gtō tñ est ge. fe. Deinde dicit qd finis ⁊ clunis sunt gñis incerti licz hēant n ante is Deiñ dicit q classis id est nauigium est gñis fei licz penultima ter. in liquidā Circa vocabula febris est quidā morbus Pestis id est pestilencia Neptis id est cognata vel filia filij vel filie Uallis a valve. Bipennis est securis ex vtraqz pte scindens Cassis is ⁊ cassis cassidis vt s. in etroclitis. Iaspis est lapis pciosus Lactis the mylte Restis id est corda Aspis id est serpens Pellis inde pelliciū Alia exposita sunt supra

Hic aut hec finis clunis dabit hec tibi classis
Et messis tussis tibis sic lis quoqz litis.

Id est qd noīa supradicta sunt tam gñis fei q dubij. hoc sit autoris: finis est terminus Clunis est eminentior carnositas

Hec tibi greca dabunt et eis se barbara iungunt.

Autor dicit q noīa greca in is terminata ⁊ etiā barbara sunt ge. femi. vt hec sunamis id est anima peccatrix ⁊ colchis colchidis id est mulier ex illa insula

Adiectiua tenent hic et hec pariterqz tricuspis

Sunt l et R vere liquide [illegible]
[illegible] sepe liquescunt
[illegible]
[illegible]

Istius obl'quis neutrum quandoqz locabis
Dicit q adiectiua in is ter. sunt gñis communis vt hic & hec nobilis. & etiam tricuspis id est trium punctarũ est generis cõmunis: tamẽ i obliquis casibus aliqñ inuenitur generis neutri: vt tricuspide telo: Et idõ dicit Istius obliquis &c.
Dis in plurale genus omẽ videtur habere
Dicit q dis in plurali numero est gene. omnis. in singulari aliqñ ẽ ge. masculini vt hic dis p plutone/ & aliqñ generis cois vt hic & hec dis i. diues
Est hic et hec testis ciuis burgensis et hostis
Et canis et iuuenis pariter commune scolaris
Dicit qd noia in lra posita sunt gñis cois: patet de se/ sed omnia excipiuntur ab illis regulis antedictis.
os hic. Hic os preponit. tenet hoc os oris et ossis
Et chaos atqz melos argos neutris sociato
Dicit qd noia in os terminata sũt ge. mas. vt hic flos Deinde ponit exceptionẽ dicens Tenet hoc os oris & ossis Q. di. q hec duo noia scilz os oris & os ossis sũt generis neutri Atqz p et chaos est gñis neutri et idem est qd obscuritas: & melos id est dulcedo Et argos est prima nauis grecoꝝ: & p hoc alia noia greca i os vt logos id est sermo
Dant duo bos impos compos custosqz sacerdos
Dicit a. q ista noia sunt generis communis vt hic & hec bos hic & hec impos id est non potens: hic & hec compos id est potens Eodem modo sacerdos et custos
Hec dant glos cos dos. sic greca locantur vt arbos.
Dicit q ista noia sunt generis fei: vt hec dos dotis: hec cos cotis anglice a vvhytstone & hec glos gloris id est mulier fratris: & greca nomina sic locantur id est sunt generis feminini vt hec delos nomẽ insule & arbos etiam est generis feminini id est arboꝛ.
Vs. scdẽ declinationis hic Dant hic in vs facta tibi declinante secunda
Autoꝛ dicit qd nomina secunde declinationis terminata in vs dãt hic id est sunt generis masculini vt hic dñs Construe Facta id est noia ter. in vs scdã declinante id est secunde declinarionis dant hic id est genus masculinum. &c
Hec paradisus habet nardus domus atqz iacinctus
Et synodus costus carbasus alnus abissus
Aluus cristallus humus bissusqz papirus
Hecqz smaragdus habet vannus colus atqz basclus
Porticus egiptus dipthongus ad hec referantur.

Cristallum tamen hoc dicemus et hic paradisus.

Hic a. ponit exceptionē a regula p̄dicta dicens ꝙ noīa contenta ī his versibus supradictis sunt generis feī: vt hec paradisus: hec nard⁹ est q̄dā herba. hec domus/ hec iacinctus est nomē insule Et etiam aliquādo sumitur ꝓ lapide p̄cioso/ hec synodus congregatio sacerdotuꝫ/ hec costus quedam herba odorifera/ hec carbasus: hec alnus est nomē arboris/ hec abissus est profunditas. hec aluus id est venter: hec cristallus id est qdā lapis lucentissimus/ hec humus id est terra Hec abissus id est purpura/ hec papirus in qua scribitur/ hec smargdus quidam lapis preciosus/ hec vānus est instrumentū quo purgantur blada/ Hec colus ex qua filantur femine/ hec fazelus vna pua nauis: hec egiptus nomē ꝓuincie: hec ballanus castanea cocta in aqua/ hec dipthongus: hec artus nomē stelle Deiñ dicit ꝙ inuenit hoc cristallū ⁊ hic paradis⁹

Hoc vulgus pelagus indeclinabile virus

Dicit a. qđ vulgus ⁊ pelagus sūt generis neutri ⁊ etiam virus quod ē indeclinabile

Os grecum sepe mutabis in vs muliebre

Deinde dicit qđ noīa greca in os terminata apud latinos sepe terminantur in vs ⁊ sūt generis feminini. hec delus deli nomen insule

Hoc terne dabit vs si non tenet v genitiuus. | vs tercie hoc.

Dicit a. qđ noīa tercie declinationis terminata in vs nō habencia v in penultima genitiui sunt gn̄is neutri vt hoc corpus gtō huius corporis Construe Tu dabis hunc articulū hoc nominibus tercie declinatōnis in vs termi. si gtūs nō tenet v in penultima sillaba Et hoc dicit ꝓpter salus salutis ⁊ alia similia que non sunt ge. neutri

Dat lepus hic. tenet intercus genus omne vetusqꝫ

Dicit qđ hoc nomen lepus declinatur p hic ⁊ est exceptio Intercus et vetus sunt gene. omnis vt hic ⁊ hec ⁊ hoc vet⁹ hic ⁊ hec ⁊ hoc interc⁹ ⁊ est doctrina ⁊ non exceptio.

Hec dant si crescat genitiuus. et v. sibi seruet. | vs tercie hec.

Dicit a: qđ noīa tercie declinationis terminata in vs habentia gtūm. supantem/ in cuius penultima hec vocalis v retineatur sunt gn̄is femi vt hec salus salutis ⁊ hec virtus virtutis.

Hoc monosillaba dant vt thus. sed dicitur hec grus
Hic dat et hec tibi sus. epicenū dat genus hic mus

Dicit qđ noīa tercie declinationis terminata in vs vnius sillabe sūt generis neutri vt hoc thus/ sed grus est generis feminini Sus vero cōis gn̄is/ mus aūt gn̄is ꝓmuscui Etiā declinat̄ p hic Vōbula exposita sūt

Dat pecus hec pecudis: pecus hoc pecoris tibi formāt

Dicit qđ pecus pecudis est gn̄is feī/ ⁊ pecus pecoris neutri. ven⁹ veneris pus est ge. neutri et indeclinabile. orā eoꝝ patet supra

us quar te hic. Quarte nomen in us maribus sociare solemus

Dicit autor qd noia quarte declinatōnis sunt generis masculini vt hic visus auditus fructus currus: Hic comprehenduntur infinita nomina verbalia in vs que regulariter formantur ab vltimis supinis. verborū: vt a video visus us vi: a rideo risus us ui: a fluo flux⁹ us. ui. ab audio audit⁹ us ui./ ab haurio haustus tus ui: a colo cult⁹ us. ui. a fruor fructus tus ui. rc̄ Item continentur multa nomina in atus digni tatem significantia/ vt a papa papatus us. ui. a cardinalis cardinalat⁹ us ui. ab episcopus episcopatus/ a decanus decanatus. a doctor doc/ toratus/ a magister magistratus: a bacalari⁹ bacalariat⁹: a scriba scri batus: a dux ducatus/ a miles militatus

Hec anus atqz tribus et porticus et manus idus

Hec acus atqz pinus nurus socrus et domus addis

Hic tenet hec ve specus illi penus associetur

Hic ponit exceptionem a regula predicta dicēs qd noia in lr̄a posita li cet sint quarte declinationis tn̄ sūt generis fei vt hec anus id est vetu la/ hec tribus id est ꝓgenies/ hec porticus a hauyn/ hec man⁹: hec id⁹ id est diuisio temporis/ ꝓpue sunt octo idus cuiuslibet mensis/ hec ac⁹ hec pin⁹ hec nurus hec domus hec socrus Deinde dicit qd specus po test esse generis masculini vel feminini/ similiter ꝛ penus: vnde Acus est qua suitur quarte: sed tercie acus aceris est palea Pinus est nomē arboris Nur⁹ ē vxor filij Socr⁹ est mr̄ vxoris vel mariti Specus est fo ramen. rc̄.

Cum nomē sit in aus hec illi iūgitur vt laus

D. qd noia ter. in aus dipthongū sūt generis fei .vt hec laus

bs. ls. ms. ns. ps. rs. hec.

S vult hec iungi si consona presidet illi

Dicit qd noia terminata in s p̄cedente consonante sūt gn̄is fei: vt hec plebs puls hyemps mens daps pars

Adiectiua notes quibus omne genus dare debes

Hic ponit exceptionē dicens qd adiectiua debent excipi qr sunt gene ris omnis vt hic ꝛ hec ꝛ hoc sapiens

Mons pons fons hic dant. mars seps stirpe dens quoqz quadrans.

Autor dicit qd noia in lr̄a posita sunt gn̄is mas. vt hic mōs mont/ hic pons pōtis hic fons fontis/ hic mars martis id est deus belli/ hic seps id est serpens/ hic stirps est truncus arboris: hec stirps ē ꝓgenies hic quadrans quadrantis est instrumentum ad sciendum horas diei.

Et partes assis torrens sociabitur illis

Atqz calibs. calibs [illegible]

Dicit a. q partes assis sunt q̃cuns rc̃. ꝛ hoc nomen torrēs gn̄ale fluui orꝫ ꝛ hoc nomē calibs iunguntur predictis

Dant hic ps iuncta polisillaba. sed variantur

Hic ā. hec forceps et adeps. sed dicitur hic ceps

Dicit qđ noīa terminata in s p̄cedente p sūt generis masculini polisil- laba id est pluriū sillabarū vt hic auceps a fouler Sed forceps id est in strumentū capiendi ferrū ꝛ adeps variantur ꝑ hic aut hec id est gene. incerti Sed hoc nomen seps ꝓ serpente est gn̄is mas. Inuenitur eciam hec seps ꝓ quo dicitur seps sepis

Plura que dant hic et hec celebs infansqꝫ parensqꝫ

Et princeps effrons. illi coniunge bifrontem

Dicit a. qđ plura reperiuntur in cōmuni genere declinata vt hic ꝛ hec celebs id est castus. hic ꝛ hec infans hic ꝛ hec parens/ hic ꝛ princeps hic ꝛ hec effrons id est sine fronte/ hic ꝛ hec anceps id est dubius

Hec x preponens. sed plurima demere debes — x. hec.

In hac parte a. deter. de gn̄ibus noīm terminatoꝝ in x. Et dicit qđ no mina in x terminata sunt gn̄is feminini vt lex legis Dein̄ dicit qđ plu- ra den̄t excipi.

In triplici genere decet adiectiua notare

Dicit qđ adiectiā in x ter. sūt gn̄is om̄is vt hic ꝛ hec ꝛ hoc felix

x e si presit maribus polisillaba iungis — Ex poli sillaba. hic.

Dicit qđ noīa in x terminata p̄cedente e sunt gn̄is masculini dū sint po lisillaba .i: pluriū sillabarū: vt hic vertex est sūmitas capitis Codex .i liber Construe sic Tu iungis noīa polisilllaba maribus id est mascu- lis si ista lr̄a e presit id est ante sit huic lr̄e x.

Est tamen hec pelex vibex obexqꝫ supellex

Forpex et forfex .hic aut hec dant dant tibi cortex

Atqꝫ silex.

Hic ponit exceptionē ab illa pte: x e si p̄sit maribus: dicēs qđ nomīa q̄ in lr̄a ponuntur sūt generis fei. licꝫ hēant e an̄ x: vt hec pelex id ē me retrix: hec vibex signū factū cū virga. hec obex est repagulū hec supel lex id est mobilia: hec forfex est instrumentū quo scindūtur fila: hec for- pex est quo scinduntur pili Cortex est gn̄is incerti: ꝛ est quod circūdat arborem Silex est lapis durissimus qui ictu ferri ignē excutit

Fetibus hoc terre dabis. hicqꝫ frutex retinebit.

Hic ponit aliam exceptionē dicēs Tu dabis hunc articulum hoc fetl- bus terre id est nominibus importantibus fetus terre siue fructus: vt hoc carex quedam herba: excipitur frutex quod est generis masculini id est densitas virgarū vel frondiū

Ast dux et coniunx commune locatur et exlex

Dicit q̄ ista duo noīa dux ⁊ coniunx sunt generis cōis. Similiter hoc nomen exlex id est sine lege.

Hic dant rex grex fornix calixqz cilixqz

Et fenix mastix. hic calx pedis. hec latomorū

Dicit a. q̄ ista noīa sūt generis mas. vt hic rex hic grex: hic fornix fornicis id est arcus lapideus. hic calix calicis est ciphus vel in quo sacrificatur hic cilex cilicis est quidā populus. hic fenix fenicis nomē auis: hic mastix species gūmi hic calx calcis ꝓ talo pedis ē generis mas. et ꝓ calcina fe. ⁊ tunc nō excipi̅ꝛ sꝫ ꝯtinetur sub regula Hec x: ꝑpones: et hoc ē quod dicit Hic calx pedis: hec lathomorum id est lapidū coctorū sed latholomus significat cesores ⁊ diuisores lapidū

Trix tenet hec. tamen obliquis neutrum superadde:

Victrices turbe victricia tela tulere

Dicit a. q̄ verbalia in trix desinencia sūt ge. fe. vt hec amatrix tñ ī obliquis reperiuntur aliqñ ge. neutri vt signa victricia Ideo posuit hunc versum causa exempli Victrices turbe victricia tela tulere

Capitulum quintum de preteritis et supinis verborum.

A tibi per metrum formatio preteritorum

Atqz supinorum pateat presens lege scriptum

Et primo disce que sit formatio prime

In isto capitulo A. intendit deter. de preteritis ⁊ supininis verborum Et primo ꝑponit quid facere intendit sbiungens ordinē obseruandum. in principio ipsius capituli dicens q̄ primo intendit determinare de p̄teritis ⁊ supinis verboꝝ prime ꝯiugationis

Vi vel ui. vel di vel ti formatio prime

In hac pte a. deter. in generali de p̄te. verborū prime ꝯiugatōis ponendo viuersalester. coꝛ Et dicit q̄ ꝑrima ꝯiugatō v̄bi pōt facere preteritū in vi vt amo amas amaui. in ui diuisas sillabas vt domo domui: in di vt do das dedi: in ti vt sto stas steti.

aui prete rita pri. As in preterito vi suscipit. s remouendo

In hac pte a. ꝓcedit in speciali de p̄teritis verboꝝ prime ꝯiugationis Et dicit qd̄ verba prime ꝯiugatōis formāt p̄te. a scdā ꝑsona p̄ntis idicatiui modi remota s ⁊ addita vi vt amo amas: remota s. ⁊ addita vi: fit amaui.

Non sic formantur ter quinqz sed excipiantur

Cre do do mi iu sto pli fri so ne ve la se cu to

Auto: ponit exceptionē a predicta regula dicēs qd̄ ter quinqꝫ id ē quindecim verba prime ꝯiugatōnis nō formāt p̄terita vt supradcm̄ est sꝫ excipiuntur Et primo ponit exceptionē demonstrando illa v̄ba ꝑ sillabas

in secundo metro ptentas In q̄ quem metro sūt quindecī sillabe p̄ quas qndecim intelliguntur verba Per cre intelligit crepo pas. p̄ do domo as: p̄ do das: p̄ mi: mico cas: p̄ iu iuuo. p̄ sto sto stas/ pli plico as/ p̄ f. i frico as: p̄ so sono as/ p̄ ne neco necas/ p̄ ve veto as/ p̄ la lauo as/ per se seco as/ p̄ cu cubo bas/ p̄ to tonas ¶ Scire debēt pueri ⁊ eoꝝ p̄cepto res q̄d fere omia verba prime ꝯiugationis scdē tercie ⁊ quarte simplicia ⁊ multa eoꝝ composita. sic ꝯ omia verba deponentalia exponuntur: breuiter ⁊ distincte in libello q̄ dr̄: exercitiū puerorū gramaticale quod exercitium multū p̄utile est omnibꝫ ḡmaticā scire breuiter cupientibꝫ.

Nam cubo siue crepo domo deinde tonoqꝫ vetoqꝫ — Vndecim

Nexo plico sono seco deinde micoqꝫ fricoqꝫ — hāt ui.

Preteriunt in ui diuisas. do dedit: et sto

Dat steti. iuuo iuui preterit et lauo laui

Nunc oñdit a. quō verba p̄dicta faciūt in preterito dicēs Nam .i. certe ista verba cubo crepo ⁊c̄. pretereūt .i. preteritū faciūt in vi diuisas sillabas vt cubo cubas cubui crepo pas pui Do das facit dedi in p̄terito ⁊ posuit terciā p̄sonā cā metri/ sto dat steti Iuuo as p̄terit .i. preteritū facit in vi vt iuuo as iuui ⁊ lauo lauo as laui

Et neco quod necui facit et quandoqꝫ necaui

De neco dic aui ferro. necui reliqua vi.

Autor dicit q̄d neco etiā excipitur q̄d facit necui in pre. ⁊ aliqñ facit necaui in pre. ⁊ sic non excipitur Deiñ assignat drām huius verbi dicens. Dic aui in prete. de neco ferro. dic necui reliq̄ vi in prete. id ē quando necas cū omni alia ꝛi q̄ cū ferro.

Increpo formet vi. tamen et reperitur in aui

Autor dicit q̄d increpo aliqñ facit increpui ⁊ aliquando increpaui

Aui preteritum plico dat cum nomine iunctum

Hoc sine prebet ui. tamen et reperitur in aui

Autor dicit q̄d plico as compositū cū noībus facit p̄teritū in aui vt duplico duplicaui q̄d ꝯponitur ex duo ⁊ plico: ⁊ aliter ꝯpositū. in diuisas sillabas vt implico implicui q̄d cōponitur ex in ⁊ plico/ aliqñ reperitur in aui vt supplico cas supplicaui

De supinis prime coniugationis

Regula que formam seruans as mutat in aui — atum supina pri.

Recte preteritum formando supinat in atum:

In hac parte a. determinat de formatione supinoꝝ verborū prime coniugationis dicens q̄d verba prime ꝯiugationis: facientia preteritū in aui per rectam formationē scꝫ mutando as in aui faciunt supinū in atū vt amo amas amaui amatum

Sed lauo dat lotum vel lautum. potoqz potum
Doqz datum. dat stoqz statum. format iuuo iutum
A predicta regula excipiuntur lautū vel lotū/ poto potas facit potum
ꝛ non potatū Deinde dicit qꝺ do das facit datū/ ꝛ sto statum/ iuuo iutū
ꝛ est regula ꝛ non exceptio
Quod dat ui dat itum nisi desinit in co. sed in ctum
Ista supinantur. plicat micat excipiantur
Nam plico dat plicitum mico nescit habere supinū
Autor ponit aliam regulam dicens ꝙ illa verba prime ꝯiugatōnis. ꝙ faciunt preteritū in ui diuisas sillabas faciūt supi. in itū vt sono as. sonui sonitum/ nisi hoc verbū desinat in co vt frico Nam ista verba in co desinentia supinantur in ctū vt frico as cui frictū Sz mico ꝛ plico excipiūtur qꝛ nō faciūt i ctū ymmo plico facit plicitū ꝛ mico caret supinis
Aut dimico dat vel ui. primūqz supinat
Q. d. dimico as facit p̄teritū dimicaui vel dimicui ꝛ in q̄ptū facit dimicaui facit dimicatū in supino Ideo dicit. A. primū supinat
Sicqz neco nectū facit. et quandoqz necatum
Dicit ꝙ neco facit necatū in supino scꝫ qn̄ facit necaui in p̄terito ꝛ qn̄qz nectū insupino scꝫ qn̄ facit necui in p̄terito
More patris nexū faciet tibi nexo supinum
Dicit ꝙ nexo as facit nexum in supupino more patris id est primitiui. sut necto qꝺ eciā facit nexū Jn̄ venit nexo eius frequentatiuū.

De secunda coniugatione.

Ebes formare post primā verba secunde.
In hac parte a. deter. de preteritis ꝛ supinis verboꝝ secunde ꝯiugatōnis Et primo dicit Tu debes formare verba scd̄e ꝯiugationis post primā scꝫ ꝯiugationē
Vi. vel ui. vel di. si. format xiqz secunda
Hic a: generaliter ponit omēs terminatōnes verboꝝ secunde ꝯiugatōnis dicens qꝺ scdā ꝯiugatio format p̄teritū in vi vt moueo es moui/ in vi diuisas sillabas vt moneo es monui Uel in di vt video vidi Uel in si vt ride risi Uel in xi. vt augeo auges auxi.
Deo. Littera longa vel ar ante deo si facit. excipe stridi
Id ē verba scd̄e ꝯiugatōnis i deo desinentia p̄cedēte vōli nālr̄ lōga vel hac sillaba ar faciūt p̄teritū in si vt rideo risi ardeo arsi Excipe hoc verbū strideo qꝺ facit stridi licꝫ h̄eat vōlē longā ante deo
Si breuis est e vel J producitur atqz facit di
Id est si ante deo sit e vel J breuis/ illa lrā e vel i. ꝑducitur in p̄terito. ꝛ mutatur deo in di: vt video vidi. sedeo sedi
Ante de veniens e vel o liquida mediante

Principium geminat si muta vel m venit ante
E vel o si iuncta sit mute lex tenet ista
Continue iuncta si nõ lex non tenet ista

Dicit a. qđ si hec lrā e vel o sit ante deo liquida mediante id ē exñte int e ꝛ deo vt mordeo ꝛ pendeo tunc illud tale verbū geminat principium pteriti vt pēdeo pepēdi ꝛ mordeo momordi/ hoc dicit si lra m vł muta venit ātee vel o vtꝫ in pendeo ꝛ mordeo Deinde dicit ꝙ illa lex .i. regula continu e iuncta tenet id est valida est semꝑ si e vel o sit imediate iuncta lre mute vt tendeo tendes tetendi Nam li t. imediate iūgitur cū li e. Et si nō iungitur ista lex id est regula nō tenet Et hoc dicit ꝓpter splendeo in quo non iūgitur ꝑ immediate cū li e ymmo ista lra l est in medio Et sic dicend ū est in similibus

Si componantur geminantia non geminantur
Lex erit hec cunctis. po sto do disqꝫ remotis
Do sto composita gemiabunt poscoqꝫ disco

Optima reglā. de cōpositis

Hic ponit a. vnū notabile validum ꝑ omēs ꝯiugatōnes ad quas ꝑtinꝫ ꝛ est exceptio ab ista regula in declinationibꝫ posita Simpliciū norma formabis ꝯpositiua: qꝛ ꝑ candē regulam posset aliquis dicere ꝙ verba geminantia pteritū in simplicitate geminent in ꝯppsitione. Ideo autoꝛ sugꝑ hoc dat notabile dicens Si verba geminantia pteritū in simplicitate componantur: composita illa non germinantur Verbi grā Mordeo. mordes facit momordi/ si componatur cū re vt remordeo: tunc nō geminatur sed facit remordi Hec lex id est regula erit cunctis verbis Remotis illis q̄ ꝑ has quatuoꝛ sillabas intelliguntur Per do do as dedi cuiꝰ cōposita etiā geminantur vt circūdo das circūdedi Sto stas steti: eius ꝯposita psto as psteti Po vt posco poscis poposci ꝛ eiꝰ cōposita vt reposco cis reposci Per dis disco discis didici: eius cōposita vt dedisco dediscis dedidici.

Curro tamen cum pre geminat sed pungere cum re

Dicit ꝙ curro curris licet geminetur in simplicitate qꝛ facit cucurri tamen si componatur cū pre etiā geminatur vt pcurro pcucurri ꝛ pungo pupugi si cōponatur cū re vt repungo etiā geminatur vt repupugi

Vocalis longa vel ar ante deo geminans ve
Et que preponunt e breuem vel i patefiunt
Hec preter. per ui deo preterit. excipi prandi
Pransussum: iunge neutropassiua secunde

Autoꝛ epilogat pdcā vt epilogatione sua aliam inferat regulam Et dicit ꝙ verba scdē ꝯiugationis in deo desinentia hñcia vocalē longā: vel ar ante eo ꝛ illa que hñt e vel i breuem ante deo: ꝛ illa que geminātur i pterito patefiūt .i. sūt manifesta vt ṗ dcm̄ est Deiñ isert aliā regulam dicēs ꝙ oīa v̄ba scdē ꝯiugatōis in deo desinētia pter hec q̄ diximꝰ fac.

prete. p vi diuisas sillabas vt studeo studui cãdeo candui sordeo sordui. Deinde ponit exceptionẽ di. Excipe prãdi vł prãsussũ qđ ẽ pteritũ. de prãdeo des: deberet eni facere prãdui Jũge eciã neutropassiua secunde ↄiugatõis q̃ supplẽt pteritũ sicut prãdeo vt soleo solitussũ ⁊c̃

de supĩs. **Dans deo di vel si geminans ve supina dat in sum**

in deo. **Sic sedeo sessũ reddit tamen s geminatum**

Di. a. qđ verba scđe ↄiugatõis in deo ter. faciẽtia prete. in di vel in si ⁊ geminantia preteritũ faciũt supinũ in sũ vt ardeo arsũ ⁊ video visum mordeo momordi morsũ Sed a. exemplificat de hoc verbo sedeo sessũ dicẽs qđ facit in supino sessũ tamẽ geminat s Et in hoc excipitur q: secũdũ regulã datã deberet facere sesũ p simplicem s

Gaudeo gauisũ prebet. vult regula gausum

Hoc carmen clarũ est ideo exposicione non indiget

Preteriens in vi dat itum nullum ve supinum

Dicit qđ verba scđe ↄiugatõnis ter. in deo que faciũt pteritũ in vi faciũt supinũ in itũ vt studeo studui studitum: vel carent Jdeo dicit Nullum ve supinum vt candeo candui ⁊c̃.

Geo si. **Si facit l vel r ante geo. xi littera longa**

Vel dipthongus habet. in vi geo cetera formant

Dicit ꝙ verba secunde ↄiugatõis hñcia l vel r ante geo faciũt prete. in si vt fulgeo fulsi tergeo tersi Xi lr̃a longa .i. verbũ hñs lr̃am longã ante geo facit xi in preterito vt lugeo luxi Vel dipthõgus id ẽ verbũ habẽs dipthõgũ añ geo facit xi vt augeo auxi Deinde ponit aliã regulã dicẽs Jn vi geo cetera formant. id est ꝙ oĩa verba scđe ↄiugationis de q̃bus nõ est facta mentio in geo desinentia faciũt pteritũ in vi diuisas sillabas vt vigeo viges vigui

Prebet vi nullum. si per sum. xi facit ctum

D. ꝙ v̾ba desinentia in geo facientia pteritũ in vi carẽt supĩo vt egeo egui caret supio Et faciẽtia pte. i si faciũt supi. i sũ vt algeo alsi alsum Et faciẽtia prete. in xi supinãt i ctũ vt augeo auxi auctũ

Dic tamen indultum sed procreat vrgeo nullum

Dicit ꝙ indulgeo indulges facit indultũ ⁊ nõ indulsũ id̾ excipił ab illa regula Si per sum. Sed vrgeo vrges caret supino.

Leo eui. **Addita muta leo facit eui. viq3 facit tum**

Sic leo sic oleo de se facit omne creatum

Dicit ꝙ verba secunde ↄiugationis desinencia in leo muta precedente faciũt preteritũ in eui vt fleo fles fleui ⁊ faciũt supi. in tũ mutando vi i tũ vt fleo fles fleui vi i tũ fletũ Deiñ addit dicẽs ꝙ leo les qđ nõ est in vsu in simplicitate ⁊ etiã oleo ⁊ eoꝝ ↄposita vt doleo ⁊ redoleo. faciunt sic in preterito ⁊ in supino vt doleo facit dolevi doletum ⁊ redoleo redoleui redoletum.

Et quandoqȝ tamen olui reperitur itumqȝ
Dicit q̄ oleo oles aliq̄n facit preteritū in ui ꝛ supinum in itum
Ex oleo per ui Beniencia dic et in eui
Duplex preteritum reddit. duplexqȝ supinū
Quasi d. cōposita ex oleo oles faciūt preteritū in ui vel in eui vt redoleo facit redolui vel redoleui Et hoc est quod intendit
Etum Bel per itum dicas adolere per ustum:
Hinc et adustus erit.
Dicit q̄d sicut oleo ꝛ sua composita dupliciter faciūt p̄teritū: ita dupl'r faciunt supinū scȝ in etum ꝛ in itū Deiñ di. q̄ adoleo les. q̄d stat p̄ cres cere facit adultū in supino ꝛ hinc deriuatur adultus ta tum
Juncta muta leo patet hic oleoqȝ leoqȝ.
Cetera Berba leo per ui facit absqȝ supino
Hic epilogat autor ea que dixit de verbis desinentibus in leo vt aliā inferat regulā Et dicit verba desinencia in leo muta precedente ꝛ hoc verbū leo ꝛ oleo sunt manifesta quō faciāt in preteritis ꝛ supinis p̄ ea. q̄ dcā sūt Deiñ īfert regulā dicēs q̄ ceta v̄ba in leo desinentia faciūt p̄teritū iu ui diuisas sillabas ꝛ carēt supi. vt caleo calui ꝛ palleo pallui
Sed doleo dat itum. soleo Baleoqȝ supinū
Nunc ponit exceptionē a predicta regula dicēs q̄ v̄ba in l'ra posita faciūt supinū in itū vt soleo solitū valeo valitū doleo dolitū
Si queo sumqȝ facit. tamen in tum pluraqȝ reddit — Queo si
Dicit q̄d verba desinencia in queo faciūt preteritū in si ꝛ supinum in sū vt torqueo torsi torsum: tamen sepe facit in tū vt distorqueo distorques. distorsi distortum vel distorsum.
Dat Beo Bi per tum. Bi format Bbiqȝ supinum. — Veo Bi.
Ex Bi nil remouens: faciens tum nil superaddens.
Dicit q̄d verba scdē cōiugatōis desinentia in veo faciūt preteritum ī vi vt moueo moui Deinde dicit q̄ verbū faciēs p̄teritū in vi. mutat vi in tū formando supinū vbiq̄ id est in omni coniugatione vt amaui amatū moui motum / triui tritum / audiui auditum Et sciendum q̄ nil dēt mutari nisi solum vi in tum
Excipe pas ca fa se la sol Bol ag cog ꝑ a se
Dat caueo cautum. faueo fautum. sed amictum
Ex amicire facis. soluo Boluoqȝ dant Btum
De sero sume satū. lauo lotum. pascoqȝ pastum
Ag Bel Bel cognosco dat itum. sepelire sepultū
Ponit exceptō a reglā p̄dcā / Excipe v̄ba p̄ has sillabas itellecta q̄ n̄ faciūt ī supino vt dictū ē. Per ca caueo faciēs cautū q̄d dēret face catū

Faueo faui fautū ꝛ nō fatū: soluo solutū ꝛ nō soltū voluo volui volutū ꝛ nō voltū: sero seris seui satū ꝛ nō setū. lauo letū ꝛ nō latū pasco paui. pastū ꝛ nō patū Ag id ē agnosco vel ꝓ et cognosco dat itū vt agnitum. ꝛ cognitū ꝛ nō agnotū vel cognotū Sepilio facit sepultū ꝛ nō sepelitum Ai io est amicio facit amictū ꝛ non amicitū.

Ferueo donat vi siue bui. conniueo vi xi

Dicit qꝺ hoc verbū ferueo ferues facit ferui vel ferbui in preterito Et hoc verbū cōniueo facit conniui vel cōnixi

Vi tum dante preit vocalis non breuiata.

Dicit ꝙ verba faciensia preteritū in vi ꝛ mutantia vi in tū in supino ꝓducūt penultimā supini in omni ꝯiugatione vt amaui amatū. fleui fletū triui tritum audiui auditum.

Qui ci si sa li i demantur et inde creata

Nunc a. ponit exceptionē a regula predicta dicēs ꝙ supina q̄ intelligūtur ꝑ has sillabas qui ci ꝛc̄: demantur .i. corripiunt penultimā sillabā. vt queo quiui quitū: cieo ciui citū. sero seui satū, lino liui litū eo iui itū ꝛ sua composita vt nequeo nequiui nequitum oblino oblitū

De deo deqꝫ geo leo vel queo vel veo dicta

Sufficiunt. in vi diuisas cetera formant:

Hic a. epilogat omīa que dixit de verbis secunde ꝯiugationis vt inferat regulā generalē de ceteris Et dicit qꝺ ea que sunt dicta de verbis. scdē ꝯiugationis ter. in deo geo leo queo vel veo sufficiunt Deinde infert exemplū dicens qꝺ cetera verba de quibus nō est facta mentio formant sua preterita in vi diuisas sillabas vt doceo docui doctū ꝛ moneo monui. sorbeo sorbui timeo timui pareo parui

Dat maneo mansi. iubeo iussi neo neui

Ponit exceptionē a regula ꝓxīa dicēs qꝺ maneo facit mansi in pre. et non manui iubeo iussi neo neui.

Dans a per i: maneo dat ui. careatqꝫ supino

Dicit qꝺ qn̄ hoc verbū maneo mutat a in i. in ꝯpōne facit preteritū in ui ꝛ caret supino vt immineo imminui

Lucet pollucet facit xi. mulceo mulsi

Hereo si prebet. dat sorbeo psiqꝫ buiqꝫ

Dicit qꝺ luceo ꝛ polluceo faciūt preteritū in xi. mulceo facit mulsi hereo hesi: sorbeo sorpsi vel sorbui

Dat xi ctū. si sum. sed itum dat sorbeo sorptum.

Dicit qꝺ faciencia preteritū in si de quibus nuꝑ diximus faciūt supinū in sum vt maneo māsi māsū Et faciencia preteritū in xi faciūt supinū in ctū vt lux luctū scdm̄ artē intellige: sed sorbeo facit sorbui vel sorpsi ꝛ in supino facit sorptū vel sorbitū

Que dant preteritum per ui. caruere supino

Ni faciant in itum. teneo tentum. doceo doctum.
Censeo dat censum. sed itum sua compositiua
Misceo dat mixtum. ssi format iubeo iussum

Dicit a. q verba scdē ɔiugatōnis de quibȝ nō est ƒmo: carent supinis nisi faciūt in itū vt placeo placitū Deinde ponit exceptionē dicens q teneo facit tentum. doceo doctum Censeo ses facit censū. ⁊ eius ɔposita faciūt in itū vt recenseo recensitū Misceo ces mixtū quod preterit in vi ⁊ facit miscui Et iubeo facit iussi ⁊ iussum

Pauca supinantur preter sex neutra secunde
Sex retinent neutra pla no ca va pa doqȝ supina
Format itum doleo noceo valeo placeoqȝ
Pareo prebet itum. licet ac oleo taceoqȝ
Dat careo carui caritum cassumqȝ supino

Dicit a. q pauca verba neutra scdē ɔiugationis facientia p̄teritū ī vi. hn̄t supinū preter sex que p sillabas intelliguntur Per pla placeo ces. no noceo noces/ ca careo res: va valeo vales: pa pateo tes/ do doleo. doles Deinde declarat quō faciūt in supinis dicens q noceo doleo placeo ⁊ valeo faciūt supinū in itū Careo facit caritū vel cassū: pareo paritum/ liceo licitum/ oleo olitum/ ⁊ taceo tacitum

Cum dat ui pateo passum. dat torreo tostum

Dicit q pateo tes licet faciat preteritū in ui/ tn̄ facit passum in supino Torreo torres p assare facit tostum in supino.

Pando pati pateo passum ferere supino

Dicit q pando pati .i. patior ⁊ pateo pates faciūt passū in supino

De tercia coniugatione.

Ersibus his terna formatio fiet aperta

In hac parte a. determinat de terca ɔiugatione verborum Et dicit q in sequentibus versibus tercia formacio id est coniugatio fiet aperta id est manifesta.

Ui vel vi vel di ri ci ui dat tercia gi xi
Li si bi pi psi pariter mi qui quoqȝ cum ti

Uerba tercie ɔiugatōis aliqn̄ faciūt preteritū in vi vt tero triui. aliqn̄ in vi vt stripui/ in di vt reddo reddidi/ aliqn̄ in ri vt cucurri/ in ci vt vinco vici/ in xi vt cingo cinxi ⁊ sic de ceteris

A breuis ante cio cum compositis facit eci Cio eci.

Dicit a. q verba terminata in cio a breui precedente faciūt preteritū in eci tā simplicia quā composita vt facio feci ⁊ reficio refeci

Elicui preter. cio cetera format in xi.

Elicui dat itum. ci vel xi transeat in ctum.

Dicit q hoc verbū elicio facit elicitū in supino. Ci id est facientia preteritū in ci vel in xi faciūt supinū in ctum vt facio feci factum

documenta optia: Si presens tenet a tenet hic et vbiqz supina

Dicit q si presens tempus tenet a vt facio. supina retinēt a vt factum. Hoc intellige vbiqz id est in omni coniugatione

A si composita mutāt in I dant eqz supina

Dicit q si composita mutant a in I: vt ex in et facio componitur inficio tunc supinū tenet e vt inficio infeci infectū

Vt probat inficio. sed demes demere do go

In hoc versu ponitur exemplū regule precedentis cū dicitur Vt pbat inficio Deiñ ponit exceptionē cū dicit Sed debes demere do go Quasi dicat q vba in do et in go terminata excipienda sunt a regula predicta. qr nō hñt in supino sicut regula psupponebat. ymmo retinent illā lrām. quam habet suū simplex vt ab occido occasum. qd componitur ex ob et cado et exigo exactum qd componitur ex ex et ago/ deberemus eni dicere exectum et occesum.

Dio di. Gio gi: Dat si sumqz dio. Gio gi dat itumqz supino

Autor dicit q verba tercie coniugationis in dio desinentia faciūt preteritū in di et supinū in sū vt fodio fodi fossum Deinde dicit q terminata in gio faciunt pteritū in gi et supinum in itum vt fugio fugi fugitum

Pio ui. Dat pio semper ui. sine cepi sine cupiui

Dicit q verba tercie coniugationis desinencia in pio faciunt pteritū i vi vt rapio rapui: sine cepi id est excepto hoc verbo capio quod facit cepi et cupio cupiui

Ptum facit omne pio: sapio cupioqz remotis

Dicit q vba tercie coniugationis desinentia in pio quocunqz faciāt preteritum faciunt supinū in ptū vt rapio rapui raptū et capio cepi captū. Deinde ponit exceptionem dicens Sapio cupioqz remotis quia nō faciūt supinum in ptum ymmo sapio facit sapitum et cupio cupitum Hoc magis declarat dicens.

Dat sapio sapui sapitum. cupioqz cupitum.

Dat peperi pario. paritum partumqz supino.

Dat si sumqz tio. sed vtrolibet ss geminando

Sentencia est clara pro prima pte Di. eni a. q pario facit pepi in pterito et partū vel paritū in supino Deinde dicit q vbum ter in tio facit si preterito et sū in supino geminando s in vtroqz

Sem p uo dat ui. debet struo cum fluo demi

Et pluo. de hinc vtum producit dando supinum

vii fluxi. structum struxi. pluo vi dat et vtum

Dicit a. qđ verba tercie ɔiugationis terminata in uo diuisas sillabas. semp faciūt preteritū in ui diuisas sillabas vt acuo acui. Struo ꝛ pluo ꝛ fluo excipiuntur Postea dicit qđ illa que faciunt preteritū in vi faciunt supinum in utum penultima producta vt acui acutum Jđ dicit De hinc vtum ꝛc. Xum fluxi. id est qđ fluo facit fluxi in preterito. ꝛ fluxum in supino: struxi structū: pluo dat vi in preterito ꝛ plutum i supino anglice to rayne

Dat ruitumqꝫ ruo siue rutum. nōnullaqꝫ nullū.

Dicit qđ ruo ruis facit ruitū vel rutū in supino Nōnulla id est aliqua. ꝟba nullū dant supinū: vt renuo renui metuo metui

Bo psi ptumqꝫ facit si littera longa preibit — Bo psi.

In hac parte a. determinat de preteritis ꝛ supinis verboꝝ tercie ɔiugationis desinentiū in bo precedente lr̄a longa Dicit ergo sic Bo id est verbum tercie ɔiugationis in bo terminatū facit preteritū in psi ꝛ supinum in ptum: vt nubo nupsi nuptū quod est in vxorem duci Et scribo scripsi scriptum

Cetera bi faciunt. preterqꝫ de cubo fiunt

Dicit qđ cetera verba tercie ɔiugationis terminata in bo. scꝫ q̄ nō hn̄t vocalem longam ante bo faciunt preteritum in bi vt bibo bibi preter illa que deriuantur a cubo cubas que faciunt preteritum in ui: vt incūbo incumbis incubui incubitum.

Et nisi psi faciant per itum bo cuncta supinant.

Dicit qđ omīa verba tercie ɔiugationis in bo desinencia faciunt supinū in itum vt bibo bibitum nisi faciant preteritū in psi que faciūt supinum in ptum vt scriptum

Si co preueniat vocalis longa facit xi — Co. xi.

Dicit qđ verba tercie ɔiugationis desinentia ī co habencia vocalē lōgam an̄ co faciūt preteritū in xi vt dico dixi duco duxi.

N vel s abicitur. hec ci facit. illa facit vi

Hinc vinco vici sunt testes crescoqꝫ creui

Dicit qđ verba tercie ɔiugationis hn̄cia n vel s an̄ co abijciūt n ꝛ s in preterito Et illa que habent n faciunt ci vt vinco vici. ꝛ illa que habēt s faciunt vi vt cresco creui Jđ dicit: sunt testes crescoqꝫ creui

Excipe conquesci didici compesco poposci

Dicit a. qđ hec ꝟba excipiunt a regula p̄dicta scꝫ ɔquinisco qđ deberet facere ɔquiniui ꝛ facit ɔquesci .i. iclinare capite: ꝛ sic de alijs

Hec sunt verba quibus inceptio significatur.

Et que preteritis caruerunt atqꝫ supinis

Dicit a. qđ etiam verba inchoatiua excipiūtur ab illa regula N vel s abijcitur quia carent p̄teritis ꝛ supinis vt calesco calescis.

Glisco preteritum conquesci tolle supinum

Q. d. qḋ glisco gliscis caret preterito: ⁊ conquinisco caret supino
Preteritum parco dat parsi siue peperci
Dicit qḋ parco facit in pterito parsi siue peperci
Ci vel xi dat ctum. Vi tum facit. excipiasqȝ.
Excipienda docet que dat veo norma secunde
Autor dicit qḋ verba tercie ↄiugatōis faciencia preteritū in ci vel xi faciūt supinū in ctū vt vinco vici victū ⁊ dico dixi dictū Deinde dicit qḋ verba tercie ↄiugationis faciencia pteritum in vi mutāt vi in tum. vt cresco creui cretum Ponit exceptionē dicens Excipias illa verba. que faciūt preteritū in vi q̄ norma scdē ↄiugatōis ter. in veo docet excipienda Vn̄ si vis videre ea q̄ excipiuntur hēas recursum ad illā regulā in scdā ↄiugatōe positam q̄ incipit Dat veo vi p tum ⁊c̄
Dant in itum disco compesco posco supina
Q. d. qḋ posco facit poscitum: compesco compescitum ⁊ disco discituȝ ⁊ hoc secundum artem ⁊ non secundum vsum.
Dat parsi parsum. de se nullumqȝ peperci
Dicit qḋ qn̄ parco parcis facit parsi in preterito facit parsum in supino ⁊ qn̄ facit peperci in preterito caret supino
Do si. In si do vertit si per se longa preibit
Ante do vocalis. cu si stri ce peqȝ remotis.
Hec faciunt cudi stridi cessiqȝ cecidi
Nullum sido gerit. quod turpe sonat fit in edi
Nulla supina gerens. cessi creat ss sibi duplex
Dicit a. qḋ verba tercie ↄiugationis desinencia in do. mutant do in si. in preterito si habeant vocalem naturaliter longam ante do vt ludo lusi ⁊ ledo lesi Deinde ponit exceptionem dicens Cu si stri ce peqȝ remotis verbis q̄ intelligūtur p has sillabas: scȝ cu vt cudo cudis cudi: si, vt sido sidis caret pterito ⁊ supino Ideo dicit Nullū sido gerit. stri, vt strido stridi: ce vt cedo qḋ aliqn̄ facit cessi ⁊ aliqn̄ cecidi Illud qḋ turpe sonat scȝ qḋ habet turpē significationē fit in edi vt pedo pedis pepedi. ⁊ caret supino Ideo dicit Nulla supina gerens Deinde dicit qḋ cedo cedis cessi debet scribi per ss duplex
A do composita formabunt di geminata
Dicit qḋ composita a do das q̄ sunt tercie ↄiugationis faciūt preteritū in di geminando vltimam sillabā vt reddo reddis reddidi
His iunges prendo. dipthongus si tibi prebet.
Dicit a. qḋ hoc verbū prendo iungitur cū pdictis qr geminat pteritūȝ Dein̄ dicit qḋ verbū ter: in do hn̄s dipthongū an̄ do facit si i preterito
Ante do si veniat I vel V simul n mediante
In di pretereunt. sed in his n demitur ante

Dicit a. q̄ verba tercie ꝯiugationis desinentia in do hñcia J vel v añ do n mediante faciunt preteritū in di mutādo do in di sed n. remouetur vt fundo fundis fudi findo findis fidi

Tu geminans tundo tutudi dat. sumqꝫ supino

Autor excipit hoc verbū tundo quod geminat preteritum ꝛ facit tutudi et dat sum in supino vt tusum: tūdo est percutio

Dat tundo tutudi. donat tondere totondi.

Tondeo dat tonsum sed prebet tundere tusum

Hic ponit drām inter tundo ꝛ tondeo Lrā est clara.

Ante do dipthongus. producta ve littera vel que.

Do dedit. aut I vel v super n. prendoqꝫ patescunt

Nil aliud mutans prebet per cetera di do.

Autor epilogat ea que dixit de verbis terminatis in do vt aliā iferat regulā Et dicit q̄ hñcia dipthongū añ do vt claudo. ꝛ lrām productaꝫ vt ludo: ꝛ illa que ꝯponūtur ex do das vt reddo. ꝛ illa q̄ hñt J vel v añ do n mediāte vt scindo ꝛ fundo: ꝛ hoc verbū prendo prendis patescunt id est manifesta sūt vt supra Deinde infert regulā dicēs q̄ alia v̄ba in do ter. p̄bent di in prete. nil aliud mutando nisi do i di vt scādo scādi

Diuido si demas et que fiunt geminando

Hic ponit exceptionē a regula predicta dicēs Tu demas id est excipias hoc v̄bū diuido diuisi ꝛ illa verba q̄ geminant preteritū vt cado cadis cecidi: tendo tetendi Pendo pependi vel pendi

Do sum prebet in is: exceptis a dare natis de supis.

Ista supinantur per itum. quociens geminantur in do.

Abscondo dat itum geminans di. non geminans sum

Dicit a. q̄ in his verbis predictis do mutatur in sū formando supinuꝫ vt ludo lusū claudo clausū diuido diuisū Deiñ ponit exceptionem dicēs q̄ deriuata ab hoc verbo do das excipiuntur qm̄ ista supinantur i itū quociens geminantur vt reddo reddis reddidi redditū Deinde dicit q̄ abscondo facit absconditū vel absconsū / absconditū qñ facit abscōdidi: absconsū qñ facit abscondi.

N quibus eripitur penultima si breuietur

Additur s duplex. si longa sit s tibi simplex

Dicit a. q̄ verba tercie ꝯiugationis quibus repitur n i preterito si penultima preteriti breuietꝛ geminat s in supino vt scindo scidi scissū: ꝛ si penultima sit lōga faciūt supinū in sū p simplex s vt fūdo fudi fusum

Dat passum pando subducit n s geminando

Dicit q̄ pando dis remouet n in supino ꝛ geminat s ꝛ facit passum.

Pandi pati pateo passum fecere supino.

Dicit qd pando pati .i. pacior et pateo pates faciūt i supino passū su

Dat tendo tensum. tum quedam compositorum

Dicit qd tendo dis facit tensum in supino et quedam compositorum faciunt tum vt contendo contentum

Edi donat edo sum donans stumqz supino.

Nec sua composita cogunt duplicare supina

Dicit qd edo es est facit edi in preterito et esum vel estum in supino Et hoc sua composita nō cogunt duplicare supina Namqz pro qz. ambedo dat ambesū comedo comestū Ideo subditur versus sequens

Namqz ambesus esum comedoqz comestum.

Iste versus patet ex precedentibus

Go si Si facit r go nisi sint a rego nata. sed in xi

Cetera sunt. pun pan le tan sed demas et a fran.

Hec cum compositis dant gi. tribus a lego demptis

Hec intelligo diligo negligo que faciunt xi

In hac parte a. determinat de preteritis et supinis desinentibus in go dicēs qd verba desinentia in go hn̄cia r añ go faciūt preteritū in si vt tergo tersi mergo mersi nisi sint nata id est deriuata a rego. Sz cetera q̄ non habent r añ go faciūt preteritū i xi vt tego texi Sz excipiūt pūgo lego pāgo tāgo ago et frango q̄ cū eorum compositis faciūt preteritū in gi Except tribus compositis a lego que faciunt in xi vtz in textu

Preteritum triplicat et sensum pango. pacisci

Dat pepigi. panxi dat cantus. iungere pegi

Q. d. qd pāgo pāgis hz triplex preteritū et triplex significatū Nam aliquando stat pro facere pactum et tunc facit pepigi Aliqn̄ facit panxi. et stat pro cantare Et aliqn̄ stat pro iungere et tunc facit pegi. vt Ossiqus et neruis compegisti me

Tango facit tetigi. sed ago vel frango dat egi

Dicit qd tango tangis facit tetigi in preterito Sed ago et frango faciunt prete. in egi vt egi fregi.

Preterito duplici duo significat. stimulando.

Pungo facit pupugi. punxi punctos numerando

Dicit qd pungo gis significat duo .i. habet duas significationes duplici preterito .i. secundum duplex prete. facit pupugi stimulando .i. qn̄ stat pro stimulare facit punxi qn̄ stat pro punctos numerare

Dego degiqz dabit. que dat rego xi sociabit

Dicit qd hoc verbū dego degis pro viuere facit degi in preterito Deinde dicit qd deriuata a rego regis faciūt preteritū in xi vt dirigo direxi

Dans go si sū. per tum gi xiqz supinant

Dicit qd verba tercie coniugatōis preteriti in si supināt in sū vt tersi tersuz Et

preterentia in gi vel in xi supinant in ctũ vt legi lectũ/ texi tectum
I vel a si preit go venit n mediante supino.
Semper n eripitur. sin tin et an excipiantur.
Dicit qd verba tercie coniugatõis in go desinentia hñcia I vel a ante go n. mediante sp n eripitur in supino vt iũgo gl iunxi iuctũ et frãgo gis. fregi fractũ Excipiũt vba itellecta p has sillabas viz cin. vt cingo/ tin vt tin go/ an vt ango qr retinent n in supino Et hoc declaratur in seqntibus
N retinẽt ango cingo tingoqz supino.
Et plango iungo pla[n]xi ctum. degoqz nullũ
Dicit qd ista verba retinent n. in supino licz habeant I vel a añ go n. mediante vt ango anctũ cingo cinctũ tingo tinctũ plango plãctũ pãgo panxi panctum/ dego degis nullum habet supinum
Dat fixi fixum: sed dic de fingere fictum
Dicit qd figo figis fixi facit fixum in supino et fingo fingis facit fictum. Ho xi.
Ho xi ctumqz facit. dat vi lo ni gemmetur Lo vi
L. ibi p si lo preterit. excipe vulsi. Vel velli.
Dicit qd vba desinẽtia in ho faciũt p̃teritũ in xi et supinũ in ctum vt tra ho traxi tractũ Deiñ di: qd desinencia in lo nõ geminancia l. pretere unt in ui diuisas sillabas vt colo colis colui. Notant dixit: ni gemine[t] l qr ibi scz q̃ l. geminatur tunc lo mutat in li. formando preteritũ vt vello lis velli. tñ excipitur in quantũ facit vulsi
L duplex repetit mutam si muta preibit
